Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Aprilis

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

j.5.64.

APRILIS.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Priuilegium de operibus Cypriani Leouitij intra octennium ab alio non imprimendis.

MAXIMILIANVS &c.

278° Notum facimus tenore p̄sentium Vniuersis, Cum noster et Imperij Sacri fidelis dilectus Cyprianus Leouitius à Leouicia nobis reuerenter exponi curauerit, se magno labore et grauibus impensis correxisse et pristino quasi nitori restituisse Directionum Tabulas quandam Ioannis à Monte Regio infinitis in locis Typographorum negligentia deprauatas, additis insuper à se Quinquaginta tribus Positionum tabulis ~~um~~ una cum compendio earundem Tabularū usum docente, Habere item se præ manibus quædam alia Astronomiæ studiosis inprimis futura utilia, Quæ omnia in communis Reip. Ir̄ariæ commodū à se elaborata typis excudenda cōmittere statuisset. Vereri tamen ne eadem opera, postq̄ publicata fuerint alij temere æmulaturi non minoribus corrumpant erroribus: in grauem sane et authoris iniuriā, et Typographi, qui ea excudenda susceperit, dispendium, id quod non leui etiā

studiosis incomodo foret; Ac proinde supplex à Nobis petierit, quatenus Solita nra Clementia ipsius indemnitati prouidere dignaremur: Nos quibuslibet uigilijs suis et studio eiusmodi ingenuo Rep. literaria bene mereri cupientibus, fauore et gratia nra non immerito opitulandũ existimantes. eiusdem Leouitij precibus Clementer exauditis, tenore p̃sentium Regia ex authoritate, et certa nra scientia statuimus et sancimus, ne quis omnino per totum Rom. Imperium, cuiuscunq; status aut conditionis existat, dictas Directionum positionumq; Tabulas, aliosq; de re Astronomica libros à p̃fato Leouitio euulgatos, et euulgandos, per octennium ab illorum prima editione, sine ipsius Leouitij consensu imprimere, imprimendosue curare, aut alibi imp̃ssos uendere, uendendosue iubere, publice uel occulto audeat; Sub poena quatuor Marcharũ Auri pruri, cuius dimidia Fisco nro Regia, reliqua uero pars sæpedicto Leouitio, qui etiam libros eiusmodi, ubicunq; locorum comp̃henderit, libere sibi uendicet, irremissibiliter applicetur. Harum testimonio literarum, quas proin et manu nra subscripsimus, et appenso sigillo nro Regio, comuniuimus. D. Vienæ 1.a Aprilis. 1564.

Maximilianus &c.

2119 Georgio Comiti in Helfenstain,

Omnes tuas literas ex itinere tam recessus quam accessus tui non minus quam Vrbe ipsa ad nos scriptas certis temporum interuallis accepimus: Quibus commodo tempestiuoq; responso neutiq; defuisemus hactenus, nisi incertitudo locorum, quibus te constitutum nouimus nobis omnem mittendi occasionem eripuisset. Caterum dexteritatem prudentiamq; tuam singularem in legatione ista adhibitam eatenus literæ tuæ Nobis declararunt, ut non solum ab instructione nostra ne latum quidem Vnguem te discessisse: Verum etiam ex inopinatis quibusdam minimeq; speratis Casibus, firmam constantemq; mentem tuam probè cognouerimus. Quæ ora id pergrato animo accepimus: ita in rebus agendis tam egregiam industriam omni comendatione dignam indicauimus.

Duo autem istius expeditionis tuæ plenam Relationem, unà cũ Cæs.ª M.ᵗᵒ iampridem à Nobis expectatam primo quoq; tempore sufficienter habere possimus: Benigne tibi iniungimus ut Latinum Secretarium nostrũ Joannẽ Andream à Schwanbach, sine omni mora, per postam seu secundo flumine, ut coràm expectationi nr̃æ satisfiat ad Nos illicò remittas. Eius enim opera cùm in hoc, tum in negotijs nr̃is reliquis suæ expeditionis, uix diutius carere possumus. Facturus in eo uoluntatem nec non animi ergà te nr̃i benignitatẽ, quam maximè adauxeris. Dat. Viennæ III.ª Aprilis, 64.

Decretum

280 Postq̃ ad Sacram Regiam M.ᵗᵉᵐ peruenit Mathiam Wertwein Sacræ Theologiæ Doctorem, et Cathedralis Ecclesiæ Viennensis p̃positum, ibidemq; eius Archigymnasij Cancellarium, Georgio Muslero præfati Archigymnasij Rectori p̃senti, quo minus se examini submittere atq; ad gradũ

Doctoratus facultatis Juridicæ aspirare liceat, ea solum de causa, quod ipsum in fidei professione suspectum habeat, obstare, Is verò sese catholicum esse, et cum S.ta Matre Ecclesia Catholica cõmunicare profiteri minimè abhorreat, Eadem Sac.a Regia M.tas statuit, p̃fatum p̃positum, pro hac uice in eo acquiescere posse: ipsumq̃, nullo alio impedimento obstante, cùm ad examen tùm Doctoratus gradum, sine negotio admittere atq̃ promouere posse ac debere. Quam re si defensione uel excusatione aliqua ipsi p̃posito opus fuerit, Regia sua M.tas propriam suã authoritatem interponere "clementer" parata est

Decretum per Regem VIII Aprilis.

Maximilianus &c.

281. Baschæ Budensi

Posteaquam hinc nuper ad uos reuersus est Chiaussius

quem huc miseratis in negocio Villarũ comũniũ, quæ detrectare dicuntur solutionem censuum et seruitiorum hactenus Turcis solui solitorũ, occurrerunt Sacræ Romanorũ Imperatoria Mtis. Dño et parenti nro obseruandissimo alia quòq; nonnulla non leuis momenti negocia, de quibus etiam ad Oratorẽ suum in excelsa porta Serm̃i et potentissimi Imperatoris Vestri per adiunctas literas suas scribendum duxit. Cum itaq; Mtis Suæ Cæsæ intersit Vt eædem literæ fideliter et primo quoq; tempore reddantur, freti p̃clara Vrã erga Nos uoluntate non dubitauimus in ijs transmittendis Vrãm operam requirere, non dubitamus enim quin certos et crebros subinde nuncios et tabellarios habeatis, qui ad sublimem illam Serm̃i Imperatoris Vestri Portam cursitent; Itaq; Vos benignè requirimus, ut literas illas (quas p̃ntibus ob id alligari iussimus.) haud grauatim per fidum et certum hominem Constantinopolim transmittatis, et ad manus dicti Cæsarei Oratoris Alberti de Wiss tuto ac fideliter reddi curetis, Id quod erga Vos Regia nra benignitate perq; lubenter occasione oblata recognoscemus. Vienæ. 12 April: 64.°

Literæ passus pro Georgio Lestandart in Inferiorem Germaniam proficiscenti.

MAXIMILIANVS de Vniuersis ac singulis
282. Nostris et Sac. Rom. Imp. subditis, item exteris Dominijs et Potentatibus, cuiuscunq; demum status aut dignitatis existant, ad quorum manus hæ literæ peruenerint Salutem, beneuolentiam, ac gratiam Vram Regiam et de bono. Cum Venerabilis fidelis nobis dilectus Georgius Lestandart N. munere, sibi in Capella Vra Regia commisso, canendo alijsq; Sacris officijs, et probum ac fidelem decuit toto decennio profuisset, eoq; elapso suos inuisere et in patriam redire constituisset. Nos uero eum ut hominem integrum agnouerimus, ac proinde ei, ac comitibus suis, liberum, tutum et expeditum ubiq; transitum euenire, et omnem beneuolentiam et humanitatem exhiberi cupientes. Id circo eum terra mariq; proficiscentem, Serenitatibus, Dignitb. ac Deuotionibus Vestris, ac Vobis quorum ditionem seu dominium alti-

gerint, magnopere comendamus, ac Serenitates Dilectiones Deuotiones Vestras ac Vos amanter beneuolè ac clementer hortamur et requirimus Nris et Sacri Imperij Subditis atq; fidelibus expresse et seriò mandantes, ut eum unà cum comitatu et sarcinulis suis Vbiq; Gentiũ et locorũ, quo terra mariue peruenerit liberè, securè, et sine omni molestia aut impedimento transire, proficisci, commorari, recedere, et redire sinatis: Omniq; gra, beneuolentia, fauore, et humanitate complectendum suscipiatis, ac idipsum ab alijs etiam quantum in Vobis erit fieri curetis. In quo facturæ sunt Serenitates Dilectiones et Deuotiones Vræ, et alij rem nobis gratissimam, mutuis beneuolentiæ et benignitatis officijs cum dabitur occasio compensandam. Et nostri et Sacri Imperij Subditi exequentur in eo benegratam atq; expressam Voluntatem nostram. Datũ Viennæ 12 Aprilis Anno 1567.

Maximilianus etc

Sigismundo Tordæ

283.

Quoniam Suc. Rom. Cæs. Mtas Dominus et Genitor noster obseruandissimus maturo Consilio ex Camera sua Vngarica mille florenos Vngaricos Josepho Bodogh familiari Magci f. n. d. Melchioris Balassæ p sine ulla mora numerari mandauit, Nos autem eiusdem Cæs. Mtis benignæ Voluntati morem in hoc cumprimis geri Clementer cupiamus, nris etiam lris monendum te duximus, ut eam solutionem nullo modo differas, quin is intra triduum, quod expectat, abs te pro uoto consequatur: Siquidem nra etiam plurimum interest ipsum in Zathmar quam ocyssime descendere, Quapropter de eo adhuc te Clementer adhortamur ea in re nostram erga te benignitatem magnopere adauxeris. Datu Viennæ 13 Aprilis, p 64°/

Maximilianus &c.

Oratori Cæsareo Venetijs

284°

Interpellati supplicibus Caroli Sagarugæ precibus ad Illug. Venetorum Ducem amicum nostrum charissimũ literas, quas una cum earũ exemplar hisce insertas ad te mittimus, nro noie scribi iussimus, quibus saluum conductum libere aliquandiu in Veneta terra comorandi pro illo petimus. Id prosequi si è re fore existimaueris, omni te studio, cura, et diligentia eniti benigne cupimus, quo libertatem is expectatam matu: re consequatur: Sin minus, et causæ aliquæ subsint, quam: obrem inanem aut minus opportunam hanc nram comenda: tionem fore conijcias, et negotium infectum relinquito, et literas ipsas dicto Duce inscriptas ad nos remittito. Ea in re benignitatem erga te nram percomodè foueris et adau: xeris. Dat. Viennæ XVIII Aprilis. Anno 1564°

Maximilianus etc.

Duci Veneto

Carolum Sagarugam, quem, quod Villici cuiusdam cædi adfuerit
285° V. Dilp^nis istiusq; Illustrissimi Senatus ditione in annos quin=
decim proscriptum esse accipimus, nos sane ob insignem de
ipso quorundam Comendationem meliori uti fortuna Cle=
menter desideramus, Cum igr is nra inprimis interces=
sione apud Vram Dilp^nem hoc noie iuuari se supplex
oret, nos quoq; ab eadem V. D^e. istoq; amplissimo Sena=
tu benigne et amanter petimus, ut illi in quinq; saltē
annos quibus is rebus suis domi comodius prospecturus,
in dicta Vra ditione libere agat. Saluum conductum
uel in nrum fauorem haud grauatè concedat, Ea
in re Vra Dilp^tio suum in Nos amorem et studium
egregiè declarauerit, et ad mutua, si res ferat, officia
propensiores multo reddiderit. Datum Viennæ
XV. Aprilis Anno etc. M.D.LXV.°/

Maximilianus etc.

286. Georgio Albano

Fertur ad Nos certo, in Transyluaniam te proficiscendo Veredariorum Magistris hinc inde non solum precium, quod in equos singulos conductitios solui consueuit, insolenter denegasse, uerum et eorũ ministris, quorum opera es usus, uim iniquè intulisse. Atq; eo de te nõie illorũ quidam, grauissimè apud Nos conqueruntur, ac proin rediturũ te isthinc ducere summe grauantur. Quod si ita est, equidem serio tibi iniungimus, ut in reditu, et solitum precium omnino illis numeres, ac de cætero cum ipsis tam ueredarijs, quam eorum ministris ita te ubiq; geras, ne ulla posthac eiusmodi iusta illis causa de te conquerendi suppeditetur, Eo et nostræ te uoluntati obsequentem, et quod alioquin te decet, p̃stiteris, Datũ Viennæ xiiii Aprilis A.o p 1564.

Maria Dei gra qd.

287. Principi Elisabethæ Radziwiłow:
næ

Multum sane uoluptatis nobis attulit istud eximium T. Dilgis in Nos studium et animi propensio, quam lris tuis suauissimis ceu speculo repsentata pclare cognouimus. Quo iucundior enim nobis fuit, quæ olim Illustris Tuæ Dilgnis Matri nobiscum intercessit, coniunctio et familiaritas, eo optatiora nobis ista oia à T. Dilgn. quam non morũ solum uenustate et pietate, reliquarumq; uirtutum ornamento, Materna uestigia feliciter subsequi, sed et studiorum in Nos suorũ concertatione illi minime cedere probe animaduertimus, accidunt. Et primum tam pia, tamq; ardentia uota, quæ pro nra, et Sacæ Regæ Mtis Dni et Mariti nri benignissimi perpetua felicitate T. Dilgnis facit, non possunt profecto, nisi sinceræ eiusdem erga Nos deuotionis esse Nobis euidentiss. indicia.

Quod uerò his, q̃ tum plus satis contestandæ eius erga Nos obseruantiæ suffecerint, ipsa T. Dil.o non contenta, Munere insuper elegantissimo, Sudariolo scilicet atq; manticulari rarissimæ texuræ, ad Nos misso ea comprobârit: Equidem id quoq; grata memoria semper sumus recoliturj, quod multo nobis charius atq; amabilius facit, quòd Sua id manu elaboratum T. Dil.tio uoluerit. Quæ cum ita sint, nos certe si unq̃ aliâs Illus T. Dil.mis Matri eiusq; p̃claræ familiæ à nobis nostraq; Inclyta Domu Austriaca quid benignitatis accidit, id ut nr̃a quidem ex parte cum̃ulatissimè T. Dil.mi conseruatum reipsa quandoq; sentiat, Clementem dabimus operam, nostrumq; in sinũ perlibenter receptam, benignitate solita, in posterũ quoq; magnopere prosequemur. Datũ Viennæ XVI April: Anno M. D. LXIIII.o

Anna Dei gr̃a &c.

Ducissæ in Otika &c.

2880

Illustris Princeps amica nobis charissima. Quam Nos à Regi-
nali Mtis. Dnã et Genitrice nrã benigniss. tantopere a-
mari sentimus, in eam ut Nos quoq; amore singulari
et beneuolentia feramur, ipsa natura maiorem in mo-
dum ducimur, Id uerò eò nunc ardentius agimus, quo ex-
cellentiores T. Dilnis. animi dotes, ac proinde omnium
fauore digniores ex eius ad Nos melitissimis comperi-
mus lris, Quibus ipsa munus nobilissimarũ pellium
Zebellinarum coniunctũ propterea uoluit, ut per-
spectior nobis optima ista erga Nos sua uoluntas et
affectio redderetur. Accepimus igitur et lras et
munus gratissimo et beneuolentissimo à T. Dilnis.
animo, non tàm muneris spe, quod tamen per se
splendidissimum est, quam mentis istius T. Dilnis.
nobis deditissimæ uerè candido in illis declarato
specimine ductæ, ac proin ne dictæ Dnæ et Matri

nostræ benignissimæ in T. Dilectionem amanda, et iuuanda, lentiores unquam fuisse eadem T. Dilectio deprehendat, benigne annitemur, expectaturæ desideratissime tempus illud, quo coram T. Dilectionem intuerj, atq; agnoscere, mutuamq; nostram beneuolentiam pclarius tibi attestari liceat. Interim bene et feliciter ualeat T. Dilectio perpetuo. Datum XVI Aprilis Anno etc. M.D.LXIIII.

Maximilianus etc.

Transiluano etc.

289 Egregius Alexander Kendij Dilectionis Vrae Secretarius, reddidit nobis literas Dilectionis V. die tricesima proxime pteriti Mensis Martij datas, quibus intellectis Sacrae Caesareae Maiestatis Dnum et parentem nrum obseruandissimum mox certiorem fecimus de omnibus quæ Dilectio V. ad Nos scripsit. Cuius benigna et paterna

mente

mente ac resolutione cognita noluimus dictum Secretarium diutius hic detinere, sed eum cum hoc nro beneuolo responso quamprimum ad Dilmum Vram remittendum duximus;

Quod igitur in primis attinet ad negotium oppidi Debrezen; sicut quidem potest, quod olim id Sermus quonr parens Dilis Vrae aliquantisper obtinuerit, Attamen sicuti nobis constanter affirmatu fuit, post multa ac magna disturbia et diuisionem Regni illud potestati et ditioni plibatae, Caesae Mtis cessit, quod ex eo tempore hucusq; fidelis quidam plibatae Sacrae Caesareae Mtis subditus nunc quoq; in ditione Mtis suae Caesareae habitans possedit non quidem simpliciter aut duntaxat per Inscriptionem ei à Sermo quon. parente Dilmis Vrae factam, sed et per quandã Caesareae Mtis suae donationem, Et pterea satius fuisset illud in manibus subditi illius Caesarei, relictum, quam sub Inducijs in potestatem Dilmis V. redactum esse. Verum enimuero utcunq; se res habeat, Sacra Caesa Mtas pro sua summa benignitate, ac mirifico pacis studio gratiose annuit, quod de hac controuersia per Commissarios ex utraq; parte ad Reuisionem uiolentiarũ & occupationũ damnorumq; sub his

inducijs hinc inde illatorum deputandos, latius tractetur. Interea aut recte fecerit Dilp.tio Vra si oppidum illud in eodem statu reliquerit, quo fuit ante occupationem, nec quicq; contra Induciarũ conditiones in hac re tentauerit, Id quod à Dilp.tio V. et atq; etiam postulamus.

¶ et desyderat, quòd iam tandem ¶

Nam Cæsarea Mtas Vna nobiscum omnino probat ¶ tractatus et Conuentus iste Comissariorum effectum sortiatur, ita scilicet ut ex utraq; parte deputentur terni Comissarij qui huiusmodi Reuisionem, defectuum iniuriarum, damnorũ, nouarũ occupationũ, et violentiarũ hinc inde sub Inducijs patratarũ, Easq; in quantũ personales actiones priuatorum hominum extiterint, componere et transigere, uel si amicabili compositioni non erit locus in re mediante decidere et determinare studeant: De quibus uerò ipsi concordare non poterunt; Et siq; hinc inde in medium proponentur de remittendis alterutri parti aliquibus bonis, uel de metis distinguendis, ea omnia ad deliberationem et resolutionem Cæs. Mtis suæ et Dilp.tis Vræ remittantur.

Quin

Quin etiam placet Cæs.ae Suæ M.ti & nobis locus Szeoleos, sed tempus uidetur paulò esse angustius, quàm ut Commissarij Cæs.ae Suæ M.tis eò attingere possint: Itaq; existimat M.tas Sua Cæs.a consultius fore, quod ipsis Commissarijs, p̄stituatur Terminus conueniendi in dicto loco Szeoleos ad festū S.ti Joannis Bap.tæ, quod erit Vigesima quarta Mensis Junij proxime uentura, Et proinde M.tas Sua Cæs.a iam statim admonebit Comissarios suos, ut in loco iam nominato ad diem nunc dictam certò compareant, ita quòd etiam Dil.tio Vrā suis Commissarijs hoc ipsum iniungere poterit, nequid amplius impedimenti uel difficultatis circa huiusmodi conuentū occurrat.

Quapropter mittimus etiam nunc Dil.tio Vræ lrās fidei publicæ seu saluiconductus quas potijt Dil.tio Vra pro Comissarijs suis in solita et bona forma expeditas. Viceuersa petimus prout ipsa æquitas postulat, Vt Dil.tio V. quamprimum ad Nos quoq; lrās fidei publicæ seu saluiconductus, non modò pro tribus illis Comissarijs à Sac.a Cæs.a M.ta deputandis, Verumetiam pro Vniuersis

et singulis Mtis Suæ Cæs.ae Præfectis, Capitaneis offi:
cialibus, militibus & subditis, cuiuscunq; status, gradus,
ordinis et conditionis fuerint, et quacunq; pfulgeant
dignitate, ita ut quisq; possit libere, tuto, secure, et sine
ullo impedimento, etiam perditionem Dilnis Vræ ad
destinatum locum Venire, ac negocia sua proponere,
agere, tractare, & ijs confectis uel infectis, in tutũ
sese recipere.

Præterea Mtis Suæ Cæs.ae præfectis, officialibus, militi:
bus et subditis finitimis nunc iterum sub grauissimis
poenis inhibebitur, ne quid contra ditionem ac pfectos,
officiales, milites et subditos Dilnis Vræ hostiliter mo:
liantur, sed Inducias sancte et inuiolate obseruet,
prouti par est quòd idem et Dilnis Vra ex sua parte
candide pstet, & Nos eandem Dilnem V. facturam
esse plane confidimus, Cui quod reliquum est, bene:
uolentiæ nostræ Regiæ studiũ deferimus, Eamq;
rectissime ualere optamus. Datæ Viennæ
XVIta Aprilis Anno ꝯ M.D.LXIIII./

Maximilianus &c.

Duci

Duci de Ratzewil

290°

Illus.^{is} Princeps, amice noster charissime. Qui iamantea pluribus sane ijsq; insignibus indicijs de T. Dilg.^{nis} erga Nos obseruantia et obsequendi propensione edocti plus satis sumus, equidem nostrarum ipsi rerum om̄ felicitas quin lætitiæ semper sit, apud Nos plane nullum est dubium. Etsi igitur à pristino illius in Nos studio alienum nihil est, quod Vngaricæ nr̄æ Coronationi T. Dilg.^{tis} tanta optimarū p̄cationum contentione nouissimis suis literis congratulandum nobis duxerit, optatum tamen id uel eo noīe summè accepimus, quod accrescentem atq; seipsam uincere indies conantem obsequentissimam erga nos istam T. Dilg.^{nis} uoluntatem dum hinc agnoscimus, nostro etiam in ipsam amori et beneuolentiæ sensim accedere haud obscure animaduertimus. Qui certè amor ut tam hæc à T. Dilg.^{ne} profecta animi nobis deuoti signa, quam munera illa nobilissima, quæ eadem T. Dilg.^{ne} obsequij sui abūdantia ad Nos p̄terea misit suauiora et gratiora nobis multo accidant, potissimum efficit: Præter

quod ipsa etiam raritas eadem munera comendatissima reddat. Atq; cum T. Dilg^tio pelles illas nigrarum uulpium nobilissimas è medio Moscouiæ sibi comparatas, ac præterea Quadragena pellium Sabellinarum, una cum pantherina, præstantissimi illius Animalis, cuius è corde lapidem erutum prius ad Nos miserat, extremis quoq; partibus. Cornibus scilicet et Vngulis, quæ nobis solæ plus satis uoluptatis attulerint, adiunctas insuper uoluerit: Nos sane clementer curabimus, ut eadem T. Dilg^tio idipsum quod declarare nobis hisce contendit, hoc est, animi sui summam erga Nos deuotionem, beneuolentissime à Nobis agnosci, seq; nobis inprimis charum comendatumq; esse ipsa re quandoq; comperiatur atq; sentiat. Datum Viennæ XVII^a Aprilis. Anno M.D.LXIIII.

Maximilianus &c

Comiti Prospero ab Archo.

291°
Vide Sickel

Tuas XVII. XVIII et Vicesima quinta Martij ad Nos datas

tas, singulas accepimus, Quæ cum fidei et studij erga nos tui testes sint locupletissimæ, sane inprimis nobis gratæ abs te acciderunt. Atqui, quod inter cætera de R.mi ac Illu.mi Cardinalis Ferrarien. amici nostri charissimi opera et studio quod in coniugio filiæ nostræ natu maioris cum Serenissimo Galliarum Rege, si res ferat, satagendo tam amanter detulisset, Ea nobis nõ ingrata ab illius R.ma D.ni contigisse quidem dices, sed eiusmodi tamen moderatione adhibita, ut ad illa, quæ hac de re Sac.a Cæs.a M.tas Dnus et parens noster obseruandiss.) ad te scribit, omnino te accomodes. Nos aut pristinam tibi benignitatem, quam obsequiorũ in Nos tuorum constantia alis, porro locupletiorem in dies conseruabimus. Datu Viennæ XVIII Aprilis. Anno M. D. LXIIII.°

Maximilianus etc.

292° Galeatio Cusano

Te de isto ergo Nos ardenti obsequio tuo nequicq̃ remittere, quin in dies ardentius intendere, quod ex lr̃is tuis

xvi. xviii. et xxv Martij superioris nobis redditis abun-
de animaduertimus, sane, est quod te maiori etiam Clemen-
tia posthac amplectamur, dum tu illud, quod quidem te
minime dubitamus sponte facturum, porro etiam humili-
ter prosequaris. Dat. Viennæ xviii Aprilis, Anno
M D. LXIIII.

Maximilianus etc.

Francisco de Turre

293.

Quicquid literarum ab te in decimi tertiu usq; diem
huius mensis ad Nos datum est, nos quidem suo ordine
Clementer accepimus. Et quoniam ex eo indefessam
obsequiorum tuorum prosecutionem præclare perspici-
mus gratum etiam cumprimis habemus: non omissuri
Benignitatis erga te mæ signa euidentius per oc-
casionem declarare. Dat. Viennæ xx. Aprilis. 1564.

Maximilianus etc.

Parlamen:

Parlamento in Chambery

294 Nobiles, spectabiles, docti fideles nobis dilecti. Generoso ac Mag.co nostro et Sac.ri Imperij fideli dilecto Georgio Comiti ab Helfenstain, et libero Baroni in Gundelfingen Sac: Cæs.æ Mg.tis Dñi et Parentis nri obseruandissimi Consiliario et per superiores prouincias Austriacas Locumtenenti magnopere fauemus, eiusq; proin rebus et fortunis iuuandis q̃ seruiunt, libenter amplectimur. Sic enim illius et uirtus domi forisq; rebus p̃clare gestis ualde p̃clara, et summũ obsequendi nobis studium omnino mereri arbitramur. Eius coniugi Generosæ Comitissæ in causa q̃ ipsi cum quodam Francisco de Dortan rationes quorũdã bonorũ, q̃ Chastonax et Les Mondux uocant coram uobis iampridem uertitur, ob terminũ secundę dilationis, quẽ Vos breuiorem q̃ è re eius esset p̃fixeratis, interea dũ dictus Comes Maritus eius in Legatione sibi à Nobis apud

Pont.

Pont. Max.um demandata nuper abfuit pene elapsũ, magnam iacturam, nisi à Vobis iuuetur, imminere intelligimus. Qua in re, ut beneuolentiores et æquiores illi Vos p̃beatis, etsi Vos Sac. Cæs. Mp.tis, ex cuius etiam literis plenam causæ seriem, ut à dicto Comite exposita est, intelligetis, intercessione planè benignissima, quatenus æquitas facilè permoueri uos passuros esse confidamus: non potuimus tamen solitæ erga dictum Comitem benignitati nr̃æ planè deesse, quin idipsum, quod à dicta Cæs.a Mp.a in p̃fatæ Comitissæ gratiam à Vobis petitur, quantũ à Nobis expetatur, p̃clarius significaremus, Et certe, si qua in re gratam nobis operam nauare usq̃ modo contenditis, hac certè præstari à uobis opportunissimè potest. Atqui ea solum petimus, quæ Nos quidem rei æquitati minimè aduersa uobis uerò maximè facilia fore putamus: mirum terminũ illũ 2.dæ dilationis dictæ Comitissæ nouissimè à Vobis p̃fixũ; ad iam penè p̃teritũ, in decẽ adhuc menses extendi l̃ras compassq tamdiu frustra spetatas eidem à Vobis haud grauatè

confici

confici iuberi, nescilicet dictus Comes suam in negotijs nostris obeundis industriam et obsequium tam ardens sibi dispendio fuisse, merito doleat. Id quod, si nostræ huic intercessioni tributum fuisse animaduerterimus, unicè nobis gratum fuisse, ut reipsa quandoq; sentiatis benignissimè curabimus. Datum Viennæ XXIII Aprilis Anno M. D. LXIIII°.

Maximilianus &c.

295. Duci Sabaudiæ,

Efficit T. Dilp.nis tam solita erga dispendia nullo suo merito ferentes æquanimitas, quàm propensissima nobis gratificandi uoluntas iam antea satis superq; cognita, ut quod à T. Dilp.nis non iniquæ de causa moti nunc petimus, facilius Nos consequi posse minime diffidamus.

Agitur iampridem coram sup.mo T. Dilp.nis Parlamento seu Curiæ Judicio in Chamberi, Generosi ac Mag.ci

nri et Sacri Romani Imperij fidelis dilecti Georgij Comitis ab Helffenstain, et Liberi Baronis in Gundelfingen Sac. Cæs.ae Mtis Dni et Parentis nri obseruandissimi Consiliarij, et per superiores prouintias Austriacas Locumtenentis, Vxori actrici cum quodam Francisco de Dortan reo conuento de arce quadam, alijsq; bonis Chastonux et les Modaux uocatis quædalis et controuersia, cuius statum quia ex Sac. Cæs. Mtis eadem de re tris Tua Dispio plene, ut ab ipso Comite enarratus est, cognoscet, longius ipsi modo non referimus. Ea uero lis cum in hoc solo nuc subsistat, ut nisi et compassus literæ, longiorq; terminus testium examinationi à T. Dispio concedendus maturè curetur, sit sane Comitissa illa pfati Comitis Vxor magnam causæ suæ atq; inmeritã iacturam subitura. Quod certè nobis tãto uehementius doluerit, quanto maiori eius maritum tam ob insignes ipsius uirtutes belli pacisq; tempore egregie contestatas, quam ala

cerrimu

cerrimum ad quæcunq; nro nomine obeunda obse=
quia animum et studium indefatigabile. benignitate
iampridem complectimur. Et quoniam illam in=
super iacturam ex eo ipso Comitis in Nos studio
dictæ Comitissæ eius Vxori impendere animaduer=
timus, id quoq; Nobis cordi maxime esse debet.

Nam cum ille Legatione, nro noie apud. S. D. Pont.
Max.um functus, Domo sua nuper abesset: accidit
ut pfata Vxore ipsius Comitissa, eiusmodi nego=
tiorum imperita, ac prom pter consilium mariti, cu=
ius reditum expectandum sibi esse existimauit, nihil
actura, terminus secundæ dilationis, qui etiam ali=
quanto plus æquo breuiter designatus fuerat, penè
totus pterierit.

Ne igitur optimo illi Viro, ac de Nobis tam bene me=
rito, sua in Nos summa obseruantia incomodo sit:
id tantum à T. Dil.no peramanter petimus, quod et
ipsa (siquidem pro sua innata prudentia facile ag=

noscit

noscit: quam graue sit, Reip. cōi feris gnauiter
seruientibus, damnū interea nulla sua culpa do:
mi ferre.) sponte est, speramus, factura; Vt sci:
licet T. Dilsp.ⁿᵉ dictæ Comitissæ Vxori p̄fati Co:
mitis Georgij et lr̄as Compassus antehac sæpe
petitas, et terminum competentem decem men:
sium, ad hanc nr̄am intercessionem, quam omniō
inanem apud Tuam Dilsp.ⁿᵉᵐ fore equidem non cre:
dimus, concedi tandem beneuolè curet. Ea
in re T. Dilsp.ⁿᵉ singularis sui in Nos amoris
eiusmodi nobis signum ediderit, quod Nos gra:
ta et beneuola deinceps memoria conseruatū
omni mutuæ beneuolentiæ officio quandocunq;
res feret, libentissimè et uberrimè sumus com:
pensaturj. Datum Viennæ XXIII Aprilis
Anno ꝑ M.D. LXIIII.



Pontifici.

Pontifici Maximo

LXX. Beatiss. Pater. Expositum iamantea V. S.ti arbitramur,
296 quibus rationibus inductus Venerabilis deuotus nobis dilectus
Archiepus Bremensis Deuotum item nobis dilectum Georgium
Comitem de Witgestain Ecclie Cathedralis Colonien. Subde:
canum in præpositura, qua ille in eadem Ecclia fungitur,
Coadiutorem sibi nuper delegerit. Ei aut Coadiutoriæ, quod
nouissimi Concilij Tridentini Canonibus aduersa uideat.r,
quia Vræ S.tis consensum denegari idem Nobis Comes Ge:
orgius significandum curauit, ac prom nra se apud V.
S.tem intercessione hoc nomine iuuari supplex oret: Nos
sane, causa eiusmodi Coadiutoris asciti penitius perpen:
sa, cum fere oes illas conditiones, quas excepti à Com:
muni de Coadiutorijs prohibitis Canone casus requirut,
in hac etiam Coadiutoria militare intelligamus: pterqs
quod eiusmodi sit hic casus, qui Vræ S.tis arbitrio
licite relinquatur: nostra quoqz benignitate dictum
Comitem Georgium Virum psertim tam pstantem.
et qui de D Ecclia Colonien. optime mereri et po:

test

test et enititur. hac in parte destituendum minime duxi-
mus, quin eum Vrã Sti maiorem in modũ hoc nomine cõmen-
datum cuperemus. Quopropter à Vrã Sta
pro filiali nro obsequio et obseruantia hoc inprimis peti-
mus et desideramus, ut uel in nram gratiam Eiusmodi
tandem Coadiutoriæ, in personã pfati Comitis Georgij
de Witgestain ꝑ à pdicto Archiepo unanimi totius
Capituli consensu legitimè collatæ benignè annuat atq;
comprobet. Ea enim re Vrã Stas pro ardenti sua in
Ecclia cõis commodo iuuando pietate Coloniensi illi
Ecclia, cuius è re maxime fuerit, psentem habere
Præpositum summè consuluerit, et nobis quoq; pater-
ni sui soliti in Nos amoris et propensissimæ uoluntatis
signum eximiũ pbuerit: Quod Nos inter cætera eiꝰ
complura sedulo collatum omni obsequentiss. filij offi-
cio aliqn. demereri libenter studebimus. De cæte-
ro à Deo immortali oia V. Sti fortunatissima ce-
dere ex animo peroptamus. Viennæ xxv Apri-
lis. Anno M. D. LXIIII.

Maximilianus &c

Francisco Pestiensi

297°

Josephum Podogk fidelem Nobis dilectum, Quem Nos ob singularia eius erga nos obsequia benignitate nostra semel susceptum libenter etiam porrō, cum res fert, prosequimur, à te quoq; adiutum fotumq;, quacunq; demum eius res fortunasq; iuuandi occasione, Clementer uolumus. Et tametsi minimè ambigimus in eos, quos charos nobis esse animaduertis, fouendos etiā sponte te ferri: hortatum tamen his te abundantius uoluimus, ut cognosceres, quam gratum nobis futurū sit, quicquid in illum operæ et officij contuleris. Ages certè omnino è nrā Clementi uoluntate. Datū Vienæ XXV Aprilis. Anno M.D.LXIIII.

Maximilianus &c.

Francisco Zay.

298°

Josephum Bodogk fidelem item nostrum dilectum in benignitatis nrae fidem et patrocinium libenter recepimus. Nam obsequendi fideiq; eius in Nos studiū Summū et ab alijs p̄dicatum accepimus, et ipsi quoq; non obscure animaduertimus. Id quod eō tibi cognitum uoluimus, ut si quais in re tua opera et beneuolentia deinceps opus habuerit, eum nrō nōie ita iuues itaq; tuearis, ut, quae à nobis expeti intelligis, obsequentissime te amplecti, ille quoq; suo cum fructu p̄clarè sentiat: Ea in re Clementi nrae uoluntati morem tu percōmodè gesseris. Viennae XXV. Aprilis, Anno ꝯ M.D. LXIIII.°

Maximilianus &c

Comiti Prospero ab Archo.

299°

Fratris Onuphrij Panuini Eremitani abs te missum de Romanorum Comitijs opus et eruditū, et huic aetati inprimis utile et accomodum: equidem Nos eo gra:

tius

tius optatiusq; habuimus: quo ingeniũ illius p̃clarius, et ad bene de communi Rep. merendum propensius cognosci: mus. Eum itaq; uirum hoc in genere studiorũ strenue confir: mari, et ad eiusmodi opera alia, si quæ p̃ manibus erũt, nobis deinceps comũnicanda exhortarj Clementer cupimus. Neq; deerimus tam egregijs illius conatibus, quin nostra et benignitate iuuandum porro libenter suscipiemus. Nũc uero Centum illi florenos è Camera nr̃a designauimus, quos interea æqui consulet, arbitramur, dum uberior eius fouendi incidet occasio. Hæc tu ipsi singula nr̃o nõie enarrabis, ac de nr̃a ipsum Clementia benè sibi in posterũ polliceri securè iubeto. Tibi quoq;, cu: ius opera eiusmodi nobis hominũ studia maximè isthic conciliantur, de solita nr̃a benignitate nunq; decedet, quin uberior etiam aliqn̄ re ipsa affluet.

Datũ Viennæ XXV Aprilis. Anno ꝑ M.D.LXIIII.

Maximilianus &c.

300.

Prospero Archi Comiti,

Negotium promotionis ad Cardinalatum Reuerenᵗᵐ Episcopi Pharenᵗᵐ sane nobis summopere cordi est, quemadmodum te nr̄is ex literis satis superq; cognouisse nō dubitamus. Licet uero induci nequaq; possimus, ut credamus rem honestissimam nobis tanto pere eam expetentibus, differri, multo minus negari posse, p̄sertim ob grauissimas illas causas, et rationes, quas nr̄is in literis tibi aperuimus sueq; S.ᵗᵉ indicatas et iam tandem probatas esse arbitramur: Tamen benigne iterum tibi iniungimus oēm ut diligentiam iuxta nr̄a tibi sepe inculcata mandata sic adhibeas, ut nr̄a hæc petitio certum ac optatum consequatur effectum: Volumus insuper ut super hoc non modo R.ᵐⁱ Card.ˡⁱˢ Borromei, sed etiam R.ᵐⁱ Card.ˡⁱˢ Moroni, quem Sac.ᵃ Cæsarea M.ᵗᵃˢ et Nos merito magnifacimus, auxiliū serio exposcere ad finem usq; non desinas. In hoc tu

nostram in te benignitatem plurimũ adauxeris.
Datum Viennæ die XXVI. Aprilis Anno 1564°

Maximilianus &c

Gabrieli Maylath

301°

De tua erga Nos fide, et animi promptitudine, obsequioq̃, iam antea bona nobis semper fuit persuasio. Quam cum, et lr̃is tuis declares; eò magis Nostræ de te spei, et expectationi. Nec non multorum fidelium nostrorũ de tua indole, et educatione bonam opinionem, sustinentium, prædicationi respondere uideris. Proinde et grata Nobis fuit, relatio de te, Egregij fidelis nobis dilecti Gerorgij Albanij, aulici Nostri, quem ad Illũ Principem Joannem Sigismundum &c cum lr̃is in Transyluaniam nuper expediueramus, cui iam reditum suum ad Nos, acceleranti, cum per seruum tuum Joannem Prainer nunciaueras, eum libenter de qui:

bus dam rebus uoluisse conuenire; Cuius tuæ obsequiosæ mentis et fidelitatis speratæ, erimus sanè memores. Tibiq; uicissim omnia, de benignæ nræ Regiæ clementiæ gratia, erga te sperare licebit. Et scias te Nobis in omni fortuna egregiè esse Cum tua consortæ vitæ commendatum. Viennæ xxvi Aprilis Anno 64.

Maximilianus &c

Comiti Prospero ab Archo.

302 Ex literis tuis octaua Aprilis ad Nos datis, quæ porro in longæ istius de Franciæ et Hispaniarum Regum Oratorum præcedentia, disceptationis negotio intercide-rint, equidem intelligere nobis magnopere gratum fuit. Qua in re cum tuas te partes non nisi ex arbitrio Sac.ae Cæs.ae M.tis Dni et Parentis nri obseruandissimi (ex quo plenius de hisce accipies) interpositurum esse mini-me ambigamus, longiori ad id exhortatione erga te Nos uti equidem necesse esse non arbitramur.

Cæterum de responso Electorum Imperij Ecclesiasticorũ ad postulata dictæ Cæs. Mtis Summo Pont. proposita qd se res habeat, p̃sertim quid ea in re Moguntinus sigillati egerit eadem Sua Mtas significandum tibi Clementer curabit, et Nos magnopere cupimus singula ordine rescire. Senenses illos, quibus consilium esse scribis quendam ex suis huc ad Nos mittere, adhibito tibi fideli Nostro dilecto Galeatio Cusano, omni studio, laborabitis in ea spe, quam de nr̃a se benignitate concepisse p̃seferunt, confirmare, Verum ab hoc suo ad Nos mittendi instituto, qua poteritis, meliorj et aptiori ratione abducere, quod neq; huius temporis, neq; hæc rerum nostrarũ ratio, eiusmodi adhuc tractationem suscipi ferat. In singulis deniq; sæpedictis negotijs, imprimis Vero Cardinalatum pro Nuntio Delphino obtinendo, quæ quidem de causa spetiales has Morono et Borromeo ostendendas adiunximus, eum te geres, quem hucusq; te, iucundo planè animo cognouimus. Et omnem de Nobis benignitatem tuto tibi polliceberis. Viennæ Austriæ XXV Aprilis Anno ꝯ M. D. LXV./

Maximilianus &c.

Dominæ Bebekin

303.

Magnifica fidelis nobis dilecta: Supplices preces tuas per fideles Nostros, clementiæ nostræ Regiæ commendatas, et expositas accepimus, et tuitionem, curam, specialemq; tutellam tuam, ac orphanorum tuorum suscepimus. Memores, ut Nobis supplici libello significas, & ultimæ uoluntatis Nostri fidelis Mag.ci Francisci de Peren: Et nostræ Regiæ Clementiæ et Iustitiæ, qua Communis omnium et sup̃mus arbiter, populos et subditos, Nostros, à Diuino numine nobis cælitus datos, regimus et administramus. De possessionum uerò mariti tui, collatione ad quorundam sinistram expositionem et suggestionẽ, non solicitam te esse volumus. Nam in p̃iuditium alterius, Nostros fideles tuo uel alieno incõmodo, locupletare non consueuimus, Hæc ex singulari nostra clementia, erga te et tuos pupillos, scire te uoluimus. Vienæ XXVII Aprilis 64°

Maximilia:

Ducissæ Mathiæ

Maximilianus &c.

304° Ducissæ Mantuæ

Studio isto candido et ueræ sororis amorem egregie nobis contestante, quod antehac semper nobis diligentissime conseruatum, in Dilg.ne Vra etiamnum constanter uigere cognoscimus, nos sane eum in modum afficimur atq; oblectamur, ut Cipsius p̄sertim naturæ, siuæ fraternæ necessitudinis quoq; stimulo, accedente, ne ullum à Nobis ulla in re mutuum fratris amantissimi et beneuolentissimi officium erga V. Dilg.nem p̄termittatur cordi nobis unice semper fuerit, Quod igr̄ Vra Dilg.nis à Nobis tam amanter petit, ut R.du Fanj Epūm et Sumi Pontificis apud Venetos Legatum nostro fauore et intercessione, in Cardinalitia dignitate assequenda iuuare ac promouere benigne contenderemus, equidem in eo quoq; animum nostrum ad ea q̄ grata Vræ Dilg.nioni animaduertimus suscipienda alioquin propensissimum comprobare tanto ardentius cupimus, quo et studiosius id à Vra Dilg.ne expeti, et uiri illius maiorem esse pietatem et eruditione morumq; grauitatem intelligimus. Verum, cum eiusmo:

modi pro Cardinalatu commendationes, neq; Sac. Cæs.ae M.tas Dominus et parens noster obseruandissimus, neq; Nos etiam suppeditare antehac consueuerimus, uarijs certe ijsq; non leuibus ex causis distinemur, quo minus hac in re Vrae Dis.ni pro animi nri uoto, morem gerere liceat. ne psertim plus amori nro fraterno, quam rationi, qua ducti, consuetudine illam suscepimus, indulsisse deprehendamur. Speramus itaq; Vram Dis.nem hac in parte nobis haud grauate condonaturam, ubi psertim nobis non animum gratificandi defuisse, sed ipsius potius rei conficiendæ rationem abfuisse sponte iam animaduertit. De cætero uero, ut V. Dis.nio Nos animi sui desiderio, quacunq; tandem alia occasione pro fris synceri amore et beneuolentia obsecundare sume cupere reipsa dinoscat, nihil plane in nobis desiderarj patiemur. Interim bene et feliciter ualeat Eadem Vra Dis.nio Dat. Vienne, XXVIII Aprilis Anno M.D.LXIIII.

Maximilianus &c

305 Francisco de Turre Oratori Venetijs

Quoniam

Quoniam honesti fidelis nobis dilecti Pauli Weidner Physici perspecta Nobis fides est et opera egregia, quam Sac. Caes. Mtis. et Nobis comuniq; Reip. huic Viennensi Medica sua arte gnauiter pstitit, eum sane clementer amplectimur, eiusq; in res fortunasq; iuuandas benignitate nostra non inuiti ferimur. Is cum ad Vos nunc iter habeat, ob negotia quaedam rebus suis comodius instituendis necessaria, equidem abs te quoq; peramanter ut habeatur, ac quacunq; re, studio et fauore tuo egere ipsum contigerit, nro noie libenter iuuetur, per benigne hortatum te uolumus, Feceris enim ea in re nobis inprimis gratum, tuaq; in homines probos nobisq; charos humanitate magnopere dignu, quod Nos quoq; benigna memoria libenter recolemus. Viennae XXVIIII Aprilis Anno M.D.LXIIII.

Maximilianus.

306. Sigismundo Tordae.

Equidem cum Rdo deuoto nobis dilecto Jauriensi Epo.

à quo te compellatum esse scribis, de pfectura Sac.ae Cæs. M.tis Dni et parentis nostri obseruandissimi Cameræ Vngaricæ suscipienda, sermonem uos mijsse plano non meminimus. Et tametsi, studium illud singulare, quod in rebus quibusq; nris subeundis testatum nobis abunde reliquisti, nostrã tibi benignitatem adeousq; conciliarit, ut quæ ad res, fortunas, dignitatemq; tuam iuuandam, et adaugendam spectant, perlibenter sane amplectamur, de illius tamen officij pfecturæ permutatione, cum hoc tempore nulla incideat nobis tractatio. Nolimus te porro ee sollicitum, dum alia eo de negotio agendi succurrat occasio. De cætero in nostra nihilominus Clementia spes tuas tuto repones. Datæ Viennæ xxix Aprilis Anno M.D.LXV

Literæ passus pro Ducis Aluarij de Sande Filia

307°

MAXIMILIANVS &c. Omnibus et singulis nris et Sacri Rom. Imp. subditis et fidelibus, omnibus item exteris Dominijs et potentatibus cu-

iuscuq;

iuscunq; demum status aut dignitatis, ad quorum manus
hæ nostræ literæ peruenerint, amorem beneuolentiam et gram
nostram Regiam amicè et clementer deferimus. Mag=
nificæ deuotæ nobis dilectæ Donnæ Aluora de Sande Mag.ci
fidelis nobis dilecti Don Aluora de Sande Serm.ae Catholi=
cæ M.tis Consiliarius et Vniuersalis pedestrium in Regno
Neapolitano copiarum Præfecti filiæ ex Venetijs in aulā
nostram profecturæ, cum tutum commodumq; iter ēē
clementer cupiamus; Equidem ab eorundem Dil.bus Deu.bus
et à cæteris amanter beneuolè et benignè petimus, ut
præfatæ Dn̄æ, non liberè solum, nullo planè indecenti
grauamine ipius, siue comitatui siue sarcinis, quas in usū
suum, eiusq; matris tm̄ secum aduehit imposito, iter susceptū
in eorundem Dilectionum et Deuotionū, et in illis quoq;
in quibus Vobis demandata est p̄fectura siue qualibet
alia administratio ditionibus et territorijs passim
tam terra quam naui prosequi liceat: sed et à Vr̄is
Dil.bus et Deuot.bus uobisq; omni necessario subsidio,

siue curribus, siue equis et nauibus alijsq; eiusmodi opꝰ habuerit, beneuole et amanter iuuetur: Quod ab illorꝝ quidem Dilꝑbꝰ et Deuotionibus gratum nobis cumprimis obtinget, nrae beneuolentiae officijs libenter aliquando compensandum: Caeteri uero in eo nrae se benigne uoluntati obsequenter paruisse intelligent. Datū Viennae Vltima Aprilis Anno ꝑ M. D. LXIIII.°